

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiariorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

285. An, qui alium eligit ad prælaturam, in qua obtinenda scit eum  
commisisse simoniam, præter dictas pænas adhuc incurrat aliam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

ipso jure. Pirk. n. 43. ad h. t. Primum habetur c. quamquam. h. t. in 6. & c. annotuit. h. t. juncta gl. v. nullam. Secundum c. Si compromiss. Porro qualiter eisdem personas incurvant conferentes indigno, vel confirmantes electum indignum, Vide apud Pirk. an. 43. & seq.

**Questio 285.** An qui alium eligit ad prelatum, in qua obtainenda illum simoniam commisso novit, prater dictas penas incurrat ad hoc aliam?

**R**espondeo prater trienium, quo talis suspensus est à beneficiis, quæ in illa Ecclesia jam obtinuerat, esse inhabilem ad dignitatem vel beneficium aliud in illa Ecclesia (non vero in alia) obtinendum c. per inquisitionem h. t. Verum ista inhabilitas ad beneficia obtainenda accessoriè sequitur ipsam suspensionem à beneficiis obtentis, id est que etiam secundum illam regulari, & restringi debet dicta inhabilitas, nimurum respectu beneficiorum obtainendorum in illa Ecclesia tantum c. eod. Abb. ibi. n. 8. Pirk. n. 64. h. t.

## PARAGRAPHVS V.

### De qualitatibus eligendorum.

**I**n praesenti quæretur de iis solum qualitatibus, quas specialiter respicit electio; actum enim est fusse in prima parte de ceteris, quæ in quolibet promovendo ad prælaturas & beneficia, sive per viam electionis, sive per viam presentationis, & institutionis, aut etiam libera collationis requiruntur; putata de astate, sanitate & habilitate corporis, scientia, legitimitate, libertate, monogamia, fide, clericatu, sacris Ordinibus, carentia censurarum & infamia, &c. Unde in praesenti vix aliud supereft examinandum, quam de voce passiva privatis, de rejectis semel ab electione, de indistinctis ab eligentibus, de extraneis, seu qui non sunt degremio, de non professis respectu dignitatum regularium, an sint eligibles. Unde sit

**Questio 286.** An ipso jure privatus voce passiva, vel redditus inhabilis ante sententiam declaratoriam criminis (deprivato enim per sententiam, vel etiam per sententiam declarato; quod commiserit crimen, pro quo lata est pena privationis vocis passiva, constat eum ab electione excludendum, ejusque electionem esse evidenter nullam) possit ab electione excludi vi, & impediri, ne eligatur. De cetero enim dubium non est, quin Electores pro libitu suo possint tales, ut & quemcumque alium nolle eligere.

**R**espondeo negativè; scilicet neminem unquam excludi posse, prætendendo, quod sit voce privatus, aut inhabilis redditus, nisi servata forma judicii sit privatus voce, vel declaratus reus criminis per sententiam (& quidem tales, quæ transierit jam in judicatum, seu cuius effectus non sit suspensus per appellationem; privatio enim vocis, passiva non est censura, quæ non suspenditur. Suar. de relig. to. 4. tr. 8. l. 2. c. 21. n. 13.) cum sit adhuc

in possessione sui juris & eligibilitatis, quæ per vim privari nequit. Pass. cit. c. 25. n. 600. ubi etiam, & n. 602. ait Superiores non posse ex propria scientia vel arbitrio talem excludere ab electione, ut nec principere Electoribus, ne talem elegant, nisi ordine judicario præmisso eum per sententiam (ad quam ferendam specialiter requiruntur indicia reum convictientia. Sigism. à Bon. dub. 91. n. 9. Pass. n. 601, illiusque citatio, & interrogatio. Clar. l. 5. q. 8. §. fin.) vel prevente voce, vel declarante, eum committibile crimen, cui annexa est dicta pena privationis ipso facto cum, licet Prælati regulares in judicando monita sint ad stricti apicibus juris, servare tamen debent substantialia Clem. sepe. de verbō. signif. Ab. inc. dilectus. Nav. l. 2. conf. 1. de sent. & re judic. Rodriq. Sigism. à Bon. & eccl. apud Pass. qui etiam n. 603. da rationem disparitatis, cur superior, etiam extra judicitaliter informans de Elec̄ti infamia, possit eundem repellere a confirmatione; non vero si p. offit eum excludere ab electione, quia nimurum confirmatio, non autem electio communis est arbitrii Superioris.

**Questio 287.** An Electores præcisè ratione privationis vocis passiva, nondum declarata per sententiam, teneantur in conscientia talem excludere (intellige) negative, nimurum non eligendo?

**R**espondeo Negativè; Talis enim privatio censorum illis occulta; quia non costar illis de ea juridicè. Pass. n. 604. quin etiam peccabunt contra iustitiam vel charitatem, si prætextu talis delicti adhuc occulti, illud manifestando, illum non elegant. Nihilominus quandoque per accidentem tenebuntur talem non eligere, ratione nimurum scandali, dum is de delicto est dissimilatus.

**Questio 288.** An inhabilis ipso jure, aut privatus ipso jure voce passiva, ante sententiam declaratoriam teneatur in conscientia non consentire electioni, aut confirmationi; vel si consenserit, & receperit Prælaturam, illi renunciare?

**R**espondeo primò: quæstionem hanc gravissimam pendere ex generali illa, num lex penaliam latè sententia ferat secundum executionem, obligetque in conscientia ad execundam penam ante sententiam declaratoriam criminis, de quo vide Suar. de L. 1. 5. c. 9. Sanch. de matr. l. 9. d. 30 & l. 2. sum. c. 39. Pass. cit. c. 25. q. 8. Negativam, excipiendō censuras, præter quā plurimos tenebuntur. Mol. Pass. Sanch. Laym. l. 1. tr. 4. c. 15. Mol. to. 1. tr. 2. gl. 96. Sa. v. fiscus Sylv. v. ass. finis. n. 4. Covar. 1. 4. de ciet. p. 2. c. 3. l. 8. n. 10. &c.

2. Respondeo tameū secundò breviter in specie ad quæst. propositam negativè; sic in terminis propriis de pena privationis vocis activa & passiva teneant Graal p. 2. controv. 7. tr. 3. p. 1. d. 13. f. 2. n. 15. Mol. loc. cit. n. 8. Armil. v. lex. n. 1. Castel. de elect. prælud. l. n. 20. Peyr. in subd. q. 2. c. 2. §. 11 conc. 3. Baff. v. pan. n. 7. Castrop p. 1. tr. 4. d. 4. p. 4. n. 4. Dian. p. 1. tr. 19. refol. 24. De pena vero inhabilitatis in terminis præter Mol. Baff. Peyr. loc. cit. Sanch. in decal. l. 2. c. 39. n. 32. Navar. Villalob. Lezan. & plures alii cit. à Pass. n. 626. Quinimo semper desiderari sententiam declaratoriam criminis, etiamsi lex imponens penam non tantum utatur particulis istis: ipso factis sed aliis

ex